



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De Conuerso, qui per Aue Maria ab infestatione diaboli liberatus est, cap.  
26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

fons est artis physicæ, tantas operatur sanitatis quadam sua ecclesia, ut medici gratiæ inuidentes, pauperculis infirmantibus, & pro remedio sanitatum ad se confluentibus, dicere soleant: Ite ad ecclesiam sanctæ Mariæ, deferre ei lumen, & recipi sanitatem: & cū hoc ironicè dicant, pauperes, ab eis passi repulsam, ad ipsam configunt, & sanantur. Nū quid non vides quam celerem sanitatem consequuntur febricitantes, iejunum trium sabbatorum usque post solis occasum ipsi vouentes? APOLLONIVS: Video & admiror. CÆSARIVS: Considera iconam eius in Sardanay, quæ in carnem versa, oleum, sine cessatione stillat. Huius rei testes innumerabiles sunt, qui de eodem loco in instanti venientes, oleum, quod in oculis ipsorum de eadē sacra imagine receptū est, tā nobis quāceteris religiosis distribuerunt. In quibusdā verò ampullis, te teste, idē oleū incipit incarnari. Quod virtus nōminis Mariæ dæmones fuget, præstò sunt exempla

## CAPVT XXVI.

**D**æmones fugantur in uocatione B. virginis. **R**etalit mihi Walterus de Birbach monachus de Hemmenrode, diabolum cuidam Conuerso ordinis nostri ita fuisse infestum, ut non per signationem non per aliquam orationem ab illo posset liberari. Visibiliter illi apparens, multis modis eum terruit. Suasum est ei à quodam viro religioso, ut angelicam salutationem contra occurrentem proferret. Quod cūm fecisset, malignus spiritus, quali turbine impulsus, clamauit: Diabolus dentes ei excutiat, qui te hoc docuit. Sicque liberatus est ab eo.

## CAPVT XXVII.

**I**nclusa quædam, sicut mihi retulit Supprior noster, qui illā nouit, diu à dæmons sub specie ageli illudebatur: non ei data fuerat discretio spirituum. Diabolus saepius falsa quadam circumfusus claritate illi apparuit, & feminam simplicem familiariū alloquens, die quadam in huiusmodi verba prorupt: Nunc venio remunerare te. Requisita eodem tempore a cōfessore suo, quomodo haberet, cūm eī respōderet, Obtinē: sacerdos, sicut vir prudens, fiduciam